



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de  
Coloniae Agrippinae, 1655**

II. Discordia Lutheranorum magnum ipsorum doctrinae praeiudicium  
affert.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

**DE VNITATE ECCLESIAE ET  
Aduersariorum discordia.**

**CAPUT XIII.**

**ARGUMENTVM.**

- I. *Vnitas, infallibilis est Veritatis nota.*
- II. *Discordia Lutheranorum magnum ipsorum doctrinæ præiudicium afferit.*
- III. *Vnitas Ecclesia est eius conservatio.*
- IV. *Quomodo Lutherani & Sacramentarij se se mutuo conficiant.*
- V. *Inter Aduersarios discordes nulla est concordia nisi in oppugnanda Ecclesia unitate.*
- VI. *Comparatio quadam, illi qua Aretius Clericos porcis comparat, opposita, & Acatholiticis aptissime applicata.*

**I. VENIAM MODVM.** *Vnitas & concordia secundum Gregorium Nazianzenum, Veritatis, & pote indusa eius comes; sic diuersitas ac disco dia est mendacij nota infallibilis. Mendacij natura est, recte Lactantio. (a) ut in nullo sibi constet. nihil certum habet; veritas contra semper est unusquis. Eadem inlata palmæ, quanto magis premitur, tanto magis contra malignitatem obnittitur. Veritas Dei est filia & cœlorum ciuis; at mendacium diaboli & inferni illa quidem in Catholica semper reperiatur Ecclesia, læto & sereno vultu cœlum suspicens, & unam vocem ac lingua habens. Et verus evidens est veritatis in doctrina signum, vt Athanasius ait, (b) si omnes idem sentiant, credant & loquatur. Mendacium vero triste ac morosum, depressum in tertam oculis, luto affixum hæret, centum linguas ac centum voces habet, Hydra multorum capitum, Chimæra diuersarum naturarum, utriusque sexus Hyæna, inferni denique ostiaria, non triceps vt Cerberus, sed innumeris capitibus, nec minus vario ac dissono latratu terribilis. Veritas pacem, mendacium bellum perpetuum in se habet & adfert. Illa in Ecclesia Catholica domicilium sibi elegit, hoc in Nouorum Euangelicorum forniciibus & synagogis stabulatur, quibus nulla est concordia, nisi ad male faciendum aut male dicendum. Non est Pax impij, inquit Esaias yates, (c) Dia-*

*bolus, vt ipse Lutherus facetur, pater est dissensionis; Deus vero est Deus unionis & concordiae. (d) in eodem fine suos conseruans. Ac velut fluctus mundo se excipiunt ac frangunt; ita hæreses inuicem se perimunt, vt Hilarius inquit. (e) Ne que unquam villa fuit secta quæ non eamā quæ originem ipsa suam habuerat, condemnari.*

**II.** Videamus quomodo Lutheranorum cohortes, postquam à Catholica discesserunt signis Ecclesiæ, mutuis lanienis, dissimilatioib[us] & iniurijs in se grassata sint. Ut enim recens conglutinata facile statim dissoluuntur, at difficultate quæ multis iam annis velut callum & duritiem obduxerunt; sic vincula illa, si quæ inter Nouos illos Christianos, facile rumpuntur, certo Dei consilio & permisso, vt sic diuisi, propositum sibi finem de extirpanda penitus Ecclesia non assequantur, (f) nō magis quam audaces illi incredibilis operis inceptores, qui montes montibus imponere conati sunt, ve immensæ altitudinis turrim exædificarent. Quæ mala, quæ miseria, quæ horribilia scandala, inquiuntur. Tigurini, (g) ex miserabilis illa Ecclesiærum, quæ relictis superstitionibus Papistis, puram Euangelij doctrinam amplexa fuerant, extiterunt! Et Bodinustum Calvinista ait, (h) si Germani in religionis mutatione constantiam aliquam præstiterint, multo maorem hominum ad ipsos futurum fuisse concursum. Neq[ue] enim Hussitas aut Martinistas tantum, sed mox Anabaptistas, Leidenenses, Zwinglianos, Carolstadianos, Osiandristas, Westphalistas, Danidistas, Waldenses, interimistas, & alias sectas innumerabiles erupisse constat. Sed pauca hæ sunt. Lectori; si paululum patienter expectaueris, sub his libri multo plures, in conspectum à nobis produetas videbis. Ipse quidem Lutherus sectæ suæ interitum ab hac causa fore hariolatur; (i) non ignorare nullare faciliter hereticos quam suis ipsorum dissensionibus victos fuisse; nec Deum alijs contra eos armis uti, quam spiritu dissensionis, uti contra Babylonie & olim turris machinatores. Hoc modo Arrianos, Donatistas, Pelagianos fuisse destructos; immo ipsos Iudeos non nisi sua ipsorum discordia perisse. Ut recte Sanctus Hilarius glorietur, (k) hereticorum dissidia,

X 2 pacem

a Lib. 9. cap. 3. b In Apologia c Lib. 2 cont. Zwing. & Oecolamp. d S. Cyprianus de similitate e Lib. 7 de Trinit. f Hier. in 8 Ezech. g In Pref. Apol ad resor. Eccl. Germ. h Meth. cap. 2. i k Lib. 7. De Trinit.

*pacem esse Ecclesie.* Hæc ipse Lutherus, tam multe  
plices sectæ suæ diuisiones seu factiones ante  
mortem suam videns, quamvis ipse Lutherus in  
quo aliquis castigat, multo magis sit reprehendens  
dus ut ostendit Cochlaeus & Conradus de Cornu.  
(a) Et Lauaterus (b) valde illud deplorat, quod  
multi Papistæ, Euangelium iam amplexi, totan-  
tisque animaduersis dissidijs & dissensionibus,  
ad priores suas superstitiones redierint; alij vero  
adiungere prius ipsis noluerint, quam dissidia illa  
viderent sublata. Initio quidem Zuingliani, veriti-  
ne auctoritate Lutheri plerique abriperentur, de  
Conciliationis modis deliberarunt, ac præcipue  
in Conventu Bernensi Anno M D XXXV.  
vbi Tigurinorum nomine adfuerunt Leo Iuda,  
Conradus Pelliænus, & Theodorus Bibliander,  
Basileensem vero Oſualdus Myconius & Simon  
Grynaeus. Sed æque parum inter hos, quam in  
ter ipsos & Lutherum concordia int̄ potuit:  
et umque illis accidit quod furibus, vt Hilarius scri-  
bit, accidere saepe solet, ut nimis seipſi mutuū accu-  
ſationibus prodant. Idem de illis hæreticis dici po-  
test qui Poloniam & vicinas regiones tenebimus  
opinionibus infecerunt Farnouius enim Arianus  
Samosatenianos Lithuania appellat Antichristos  
& Mahometis satellites. Ebionistæ qui sunt in  
Lithuania, quorum antisignanus Budoeus est,  
Artianos Lublienses vna cum Checovicio co-  
rum apostolo, Inferno addicunt (c)

III. Hæc sectariorum discordia mirum est  
quantopere Ecclesie concordiam & unionem  
stabilias; qua Ecclesia seipſam in seipſa continet  
ac constringit, non aliter quam universi huius a-  
amicitia & concordia iusta contrariorum inter se  
Elementorum attemperatione conseruatur. Hac  
vnione & fidei ac doctrinæ conformitate Eccle-  
sia structura ad hunc usque diem integra stetit, &  
inuolata. Hoc regius Prophetæ David significare  
voluit, dicens: *Custodies eam à contradictione lingue.*  
(d) Ad quem locum Augustinus monet, hanc  
lingue unitatem in sola reperiiri Catholica Ecclesia, in  
qua sub diversis carnis linguis una tantum sit lingua  
fidei & cordis. Et hanc ob cauſam in Christianis  
Ecclesijs populus vnius tantum & quidem maio-  
ris campanæ sonitu ad audiendum Dei verbum  
& Christianæ fidei descendæ mysteria conuoca-  
tur, quamvis alias sœpe alijs temporibus, quando  
alia sacra fiunt ministeria, seu mane seu vesperi-  
plures simul pulsentur.

Eides Catholicæ Ecclesie uniformis est; at hæ-

reticorum synagoga sedes est diuisionis. Eadem  
fides in Iapone est, eadem doctrina, quæ Romæ  
Nemini ab eo quod Catholica Ecclesia statuerit,  
prouocare fas est. Frustra vero aduersarij diuersas  
Thomistarum, Scotistarum & aliorum factiones  
scholasticas nobis obiciunt: siquidem scholasti-  
corum eiusmodi concertationes de ijs tantum re-  
bus sunt de quibus ab Ecclesia nihil certi decre-  
tum est; qui tamen omnes arma ad Ecclesiam pe-  
des deponere, & eius arbitrio in omnibus stare  
parati sunt. In his non de articulis fidei discepta-  
tur, vt inter Lutheranos, Carolstdianos, &  
Zuinglii discipulos; sed ingenia tantum varijs  
quæſtionibus ad decreta fidei certa iam & pro-  
mulgata per disputationes suas nihil dirimentes  
excentur atque a uuntur. Catholici omnes fra-  
tres se post eas mutuo agnoscunt, eis de vtuntur Sa-  
cramentis, vna diuinis rebus & factis interlunt, v-  
nius Ecclesiam membra se ferunt, & sub uno capite  
nimis Pontifice Romano, omnes militant. At  
vos Zuinglii in Saxoniam ite, vos Lutherani  
Tigurum concedite, vt debitis, credo, quæ inter  
vos sit fraternitas, & sancta illius unionis quæ in-  
ter vos, scilicet, est, fructus re ipsa percipietis. An-  
non illis ipsis in locis vbi vel rebellionis vel for-  
tunæ vos societas coniunxit, vt Antuerpiæ supe-  
rioribus annis, templata men vestra & sacra dis-  
iuncta vidimus? adeo vt alij aliorum templo vix  
sine horrore aspicere possint, vt Stapletonus tes-  
ta: ut (e) & ipse Flaccius Illyricus in Confessione  
Antuerpiensi, atque optime nōrunt omnes qui  
eas regiones perlustrarunt.

Quidam nostri sculi scriptor (f) ad Catholi-  
corum ostendendas dissensiones inter alia ait, Pa-  
pistas inter se controuertere virum monachus cum cu-  
culio sepeliri debent: virum Franciscanum licet pecu-  
niam tractare: virum Diaconus praesente Episcopo alta  
voce Epistolam legere debent: quin etiam de locorum  
ac sedis prærogativa inter se contendere. Ex quo fac-  
cete inferit, inter Papistas graues esse de religio-  
ne controuerſias. Et Schmidelinus scribit, inter  
Papistas monachos alios album, alios nigrum  
ferre habitum; alios carnibus, alios piscibus ves-  
ci; alios pecuniam tractare, alios ab ea peni-  
tus

a Cochlaeus in Septicipite Luthero Conradus in Lu-  
thero constante. item Euangelischer wettberhan. b in  
Historia. c Vide VVilkouiana Conuersionis cauſas d Psal.  
30. e Lib de Calu. cap. 13. f Domi. Michalo. in ref. ad  
Minifromach.